

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5684

**Auteur(s) :** Guillaume de Bonnebosc [chevalier]

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1214

**Lieu d'émission :** Manneville-sur-Risle

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Bonnebosc, chevalier, confirme, en faveur de l'abbé et des moines de Jumièges, le moulin de Saint-Pierre sur Risle qui leur a été donné par ses ancêtres. Il leur cède le droit de consdruire les écluses aux moulins de Saint-Pierre et de « Puncellum » et donne son accord à la convention conclue entre sa sœurs et lesdits moines sur ce dernier moulin et toutes ses dépendances. Les moines lui donnent en charité cent sous torunois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissé, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 372.

## Dissertation critique

Bonesboz: Bonnebosc, hameau de Manneville-sur-Risle.

Texte établi d'après a

Notum sit presentibus et futuris quod ego Willelmus de Bonesboz, miles, in elemosinam concessi abbati et monachis Gemmeticensibus molendinum Sancti Petri super Rillam, quod ex dono antecessorum meorum possident et longo tempore possederunt. Concessi præterea quod eis liceat exclusas facere ad idem molendinum et ad molendinum de Puncello pertinentes, de terra et de petra quas eis licebit in terra mea capere ubicumque melius et facilius capere voluerint. In exclusis autem illis, erunt due ventales, que, quotiescumque illis erunt vel ad molendum vel ad piscandum necessarie, claudentur ; et quando illis non erunt ad hoc necessarie, tunc aperientur. Et tales erunt ventales quod escamde mee per illas poterunt transportari, ita quod si exclusis vel ventilibus dampnum inferant, ego tenebor emendare. Præterea concessi predictis abbati et monachis pactionem inter eos et Aalinam de Boneboz, sororem meam, factam super molendino et molta, piscatoria, servitiis et omnibus pertinentiis molendini de Puncello. Et ego illius pactionis sum contraplegius, tali modo quod predicti abbas et monachi tandiu tenebunt molendinum de Puncello, donec per juramentum legitimorum hominum, quos posuit ad jurandum, omnia cousta et expense occasione ejusdem molendini habita illis fuerint restituta. Et ego teneor illis moltam totius feodi mei justiciare et facere habere et contra omnes garantire, scilicet de feodo meo apud Magnevillam, salva dominorum meorum submonitione et dignitate mea apud Gemmeticum. Eapropter predicti abbas et monachi mihi de caritate domus sue dederunt C. solidos turonensium. Ut autem predicta rata et stabilia sint in perpetuum, presenti carta et sigilli mei munimine confirmavi. Actum apud Magnevillam, anno gratie millesimo ducentesimo decimo quarto.

Testibus : Ricardo de Bonesboz ; Willelmo, nepote decani ; Nicholao Nepote ; Hugone de Magnevilla, et aliis multis.